



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Clarissimi Viri Henr. Zoesii Amersfortii, In Academia  
Lovanensi I. V. D. Et Antecessoris Commentariis In Jus  
Canonicum Universum, Sive Ad Decretales Epistolas  
Gregorii IX. P. M.**

**Zoesius, Hendrik**

**Coloniae Agrippinae, 1691**

Titulus II. De Cohabitatione Clericorum & mulierum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62329](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62329)

aut aut argenti ornatus utentur, nisi dignitas  
annuli usum admittat, d.c. pen. h.s. cum sit  
figuram matrimonii spiritualis & fiduci, arg. ean.  
*Fiemina XXX.* qu. 5. Doctores Clericos licet  
anno uici tradit Abbas, d.c. pen. n.7. quod con-  
cineatur inter Doctoralia insignia non abutantur  
tamen ad vanitatem. Pontificibus sua spe-  
cialis est vestis: jubentur enim in publico & in  
Eccl. sive super eiundem lineis uti: nisi Mon-  
achi fuerint, quos oportet monachalem ferre  
habitum, d.c. pen. in fine.

**10** *Omnibus autem Clericis præceptum est ferre tonsuram in vertice capitis , quod ipsum ad traditionem Apostolicam referunt , Ecclesiæ auctoritate & consuetudine roboratum , ut qui saeculotis vita ordinibus mancipantur , excultioris etiam vita characterem in capite ferrent . Ampliata autem tonsura eorum est , qui majoribus initiantur Ordinibus . Monachi non verticem tantum , sed totum ferre caput radere soliti , ut quod sit ipsorum vita studium declarent . Etenim abracta ista est symbolum lugentium ac mortuorum . Vnde Baron . tomo i . Annal . ad an . Christi 58 . n . 123 & seqq .*

**T**ertio, in officiorum & negotiorum exercitio; qua seculare a exercere, sive suo, sive alie-  
no nomine, Clericis inhibitum. Cujus generis  
est mesturatio, quam tertio monitus non deser-  
tes perdi clericale privilegium quod bona  
sua, c. fin. h. t. Ejus ordinis est & officium tabe-  
nariorum & macellariorum, quod sub pena  
privatio[n]is clericalis privilegii exerceatur prohibi-  
t[ur]. Qui si nominatus & tertio monitu[m] non  
desistat, aut resumant id genus negotii, conjuga-  
ti id omnino amittunt, quamdu[ci] officio  
insistant; uti & non conjugati, nisi habitum  
deferant clericalem, tunc enim captura in re-  
bus isto privilegio privati, quatenus tali officio  
insistunt. Et hoc ita, quatenus per se ac publi-  
cē studiū exercent, Clem. i. h. a. quā tantum isto  
in casu loquitur, ut, cum sit penalis, non sit  
extendenda ad casum, quo per alios exercent.  
Detrahitur etiam non modicum dignitati or-  
dinis, si Clerici faciant se joculatores, sive, ut  
barbare dicuant, Bufones. Qui super annum  
artem illam igaominiosum exerceuerint, ju-  
bent ipso iure catere omni privilegio cle-  
ricali; uti & si brevior tempore tertio mon-  
itu[m] non respiciant, c. i. ead. in o. Taber-

nas frequentare profus prohibentur, nis-  
te causa necessitatibus in itinere constringo-  
get, d. c. pen. h. sis. \* Similiter ludetis  
& taxillis, ne manum Domini corporo-  
maculatae hostiae oblatricem, simili &  
guam inter Deum & hominem medianam,  
hujusmodi Iudiciorum contaminatione fiet.  
Imo & ab ejusmodi inspectione Clericorum  
esse alienos Pont. in d. c. pen. uiri & laicos  
sceniconrum, can. Non operet 37. de cons. 16  
3. & can. Praeterea, diff. si. Videtur rancor  
esse mortale per se, celsitatem scandalum, &  
tempus, quae ponit hac in te frequentia,  
ligere est ex iis, quae traduntur tit. cod. us-  
torib. Muledo minus exercente ludo thema-  
net in Ecclesiis illos admittunt, nisbi faci-  
constitutioe in contrarium, e. cum dem  
12. b. e.

Ut autem commodius Clerici morum honestatem & præcipue castitatem servare, rebeat olim in communione, can. Prater, pro pientibus Disk. 32. can. Necesaria XII. quia illi Canonicos dictos volunt, Cui mori, figura te caritate, derogatum, & seorsum viventes; dictis Canonici, non à Canonico mentario sive præbenda, sed quia id eorum, id est regulam, vivant qui uramur servent honestatem & modestiam in Christo, populum à cancellijs excludunt, tantum ecclesio altaris ista, e. i. h. sit. A limitem tamen tra cancellios non videtur peccatum, sicut consuetudo, innocent. ad d. c. l.

TITULUS II.

De Cohabitatione Clericorum &  
mulierum.

## SUMMARIUM.

1. Clericis cur interdicta cohabitatio nudi-  
rum.
  2. Cum matre & sorore habitare permisum.
  3. Hodie ex consuetudine etiam cum conjang-  
nois.
  4. Clericorum concubinariam fons.

**V**T commodius incontinentiae occasiones evidentur Clericis, seorsim à mulieribus habitate jubentur, *toto hoc tit.* & *can. Interdixit 16. distinct. 32. can. Oportet 23. cum seqq. dist. 81.* nam ad lapsum provocat cum iis conversatio cum dicantur exutere conscientiam viri secum habitantis, *can. Hospitalium 17. d. dist. ubi etiam consuetudinem cum iis habere quod non sit circa periculum, est prohibitum, passione r. jura relata distinct. 81.* \* Cum matre tamen & sotore habitate permissum, *d. can. Interdixit & c. pen. h. tit. ex subiuncta iuratione, quod naturale foedus nihil permitrat foedi { five, ut legit Cujac. scavi } criminis luspicari, id est simili: nisi & has laicorum virtutum reddat suspectas quomodo accipiendo, c. 1. b. t. aut nisi cum his habitent, quae non sunt matres aut sotores, *can. legistur. 23. dist. 81.* Admitit etiam Canonicas, quas artas & vita probitas ponit extra suspicionem, *d. can. Interdixit.* \* Verum huic iuri derogavit consuetudo, quae etiam conlangueinatum cohabitationem permittit, modo non sine suspecta; nam istatum conversione vitanda Clericos. Qui si tertiam monitionem contemnunt, excommunicationi sunt subjiciendi, feminam vero canonice judicandae, *can. 2. hoc tit.**

4 A conferto concubinatum multo magis arcuntur Clerici: quas habentes suspenduntur ab officiis, *can. Prater dist. 32.* ita ut eorum, si sint notorii, Missa non sint audienda, nec Sacramenta ab iis percipienda: non quod ea polluantur flagitiosa Sacerdotum vita; sancta enim sunt, ut coquinari nequeant, ut pulchre tradit Nicolaus Papa, in *can. fin. XV. q. 8.* sed ne peccantes foventur in foribus impudicitiae, &c., dum contemni se vident, ad frugem paupertatis & meliorem vitam revertantur, *c. vestra 7. b. t.* Non notorii, ab Ecclesia tolerati, non sunt evitandi, ne forte contingat aliquem aspergi infamia nota, qui habet bonus, *d. c. 7. & fin. b. t.* Eaque distinctione intelligendus est rexus in *can. Nullus.* & *can. Prater d. dist. 32.* qui indistincte dicunt, Presbyterum, quem quis feci indubitanter concubinam habere, vitandum esse. Suspenduntur præterea à beneficiis, & tandem, simoniz se non corrigit, deponuntur, *c. 4. & 6. hoc tit.* Ex decreto

*Conc. Trid. Sess. 25. c. 14. de reform.* post primam monitionem non parentes multa aut tertia parte fructuum, post secundam hoc ipso omnibus etiam pensionibus. Ecclesiæ vel alii pro loco applicandis. Quod & vult suspendi eos ab administratione, donec resipiscant, & si nihil minus eas detineant, privati omnino officiis & beneficiis, & ad ea in habiles indignosque reddi, donec vita emendatio mereatur dispensationem. Repentem fraudulose dimisæ mulieris consortium vult excommunicati. Episcopum admonitum à provinciali Synodo, si se non emendaverit, ipso facto suspendit, & si perseveraverit, ad Roman. Pont. vult deferri. Abjurare concubinam nemo cogitur, ne per carnis fragilitatem via perjurii apertetur, *c. 3. hoc tit.* Quod si hujusmodi Clerici suspensi à beneficio, & Ordinum executione, ausi fuerint celebrare, irregularitatem incurront, qua de re inf. sit. de Cler. excom. celebr. Permisit præterea Trid. Sess. 25. c. 14. de reform. incontinentes Clericos, licet exemptos, ab Episcopis corrigi, tamquam Sedis Apostolicae delegatis.

## TITULUS III.

De Clericis conjugatis.

## SUMMARIUM.

1. Clericis cur conjugia interdicta.
2. Lege Moysica cur missio Sacerdotibus.
3. Continentia quo iure annexa Ordinibus?
4. Conjugi usus in Ecclesia primitiva an permissionis Clericis?
5. Continentia obligatio oritur ex voto.
6. Obligatio illa an ex tacito voto induci possit?
7. Ignorantia an excusat ab hujusmodi voto?
8. An & expressa intentio non continent?
9. Obligatio hac non tenet in ordinato ante confirmationem.
10. An neque in ordinato ante pubertatem habente uerum rationis?
11. Ordinatus per metum non obligatur ad continentiam.
12. Quid si Ordo fuerit irritus, deficiente aliquo substantiali?

Aa 2

13. Or-